R. P.r Legatum pro celebranda festiuitate Visitationis Beatissimæ Virginis statim debetur, non expectata morte D.næ Annæ heredis institutæ ex testamento, et Codicilis; licet enim in testamento Instituerit D. Annam, eique substituerit propriam animam, mandando Executoribus, vt piè disponant de bonis suis, tamen subiungit, et in dicta Ecclesia sancti Jacobi faciant fundare, et fundent in perpetuum quolibet anno vnam memoriam in festiuitate Visitationis &c. Hæc autem dispositio stat independenter, et non regulatur à tempore præcedentis, quia continet verba in perpetuum, et quolibet anno, quæ comprehendunt omne tempus, et sic non excludunt annos vitæ D.næ Annæ. Cum in perpetuum idem significet, quod omni tempore secundum Baldum in cons. 75. num. 3. lib. p.mo Et idem, quod semper, Coradin. cons. 102. n.o 6. Dans. cons. 81. num. 5. lib. 4. Decian. cons. 1. n.o 262. lib. 1.

Ponderando, quod Copula illa stat continuatiuè, nam orationes sunt perfectæ, quo casu non repetuntur qualitates primæ ad sequentem, Mantica de Coniecturis lib. 10. tit. 6. n.o 73. —

Accedat, quod fauore piæ causæ legata relicta etiam nominatim ab vno debentur ab alio Alex. in l. 77. licet Imperator num. XI. ff. de Legat. 1. Tiraquell. de pia causa priuileg. 36. franc. decis. 1. n.o 8. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 2. n.o 16. Sund. de alim. tit. 8. priuil. 15. n.o 2. Rota decis. 140. num. 3. part. 2. diuers. et In Mediolanen Legati 12. febr. 1585. Coram Card.li Hieronymo Panphilio.

Confirmatur hoc, ex quo Codicilos fecit sine repetitione huius temporis post mortem heredis, et ideo ne sint superflua, censentur facta, vt restrictio ista, quatenus adesset, remoueretur, quando enim In codicilis legatur idem eidem personæ cui relictum fuerat in testamento, intelligitur adempta, et ablata

restrictiua in testamento apposita, quæ in Codicilis non expressa Natta cons. 476. nº 14. Aldobrand. cons nº 22 lib. 2. Menoch. cons. 610. nº 9. et cons. 62 nº 1.

Sed cessat omnis difficultas, quia testator bene se explicauit notarius obscure vel per inscitiam, vel per errorem non scripserit, testes enim bene deponunt, haec de ca fecisse Codicillos; et se bene explicasse; Vnde r net demonstrata eius voluntas, quæ duobus tantum bus probata censetur sufficientissime; etiamsi essent sing res Castr. cons. 395. nº fino ante finem vers. isti q testes lib. 2., Crauett. cons. 73. num. 33. Mantic. d Conicct. lib. 12. tit. 16. num. 20. Sedroch. cons. 2. nu 110. et segg; et nº 125. Rota coram Buratt. dº 16 nº 22. in recent. dº 765. nº 7. pº 2. in Romana he tatis 8. Junij 1637. coram bo: me: Coccino et in Rom successionis 21. Junij 1641. Coram Rmo Carrillo.

Præcipue quia sumus in errore probando, non circa subs tiam, sed circa tempus solutionis, quo casu duo te sufficiunt, vt plenè firmauit Rota in Faventina Legatorum 27. Januarij 1638. coram Rmo D. m Ghislerio, et de errore circa dotem Bald. in l. err nº 5. C. de testam.

Et sumus in testamento ad pias causas, quo casu duo sine dub sufficiunt in quolibet errore probando vt aduertit Lau inter Consilia vlt. vol. diuers. cons. 38. nº 5. in fin lib. 2.

Quare &c.

Hercules Ronconius Adv.

AVSA

AVSA

Ill.mo D. Cencio
Locumtenente
Romana Legati

Pro

Ven: Ecclesia Sancti
Jacobi Hispanorum

Contra

Hereditatem Jacen=
tem Anne Albar

Juris

Stiago delos españoles

AVSA